

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann August Biermann Isaak Sundermann

**Disputatio Theologica, De Scripturae Divinitate. Secunda**

Hammonae: Wolphardt, 1688

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862095913>

Druck Freier  Zugang





63

Fa-1092(53)

Fa- 1092 (53). 45



DISPUTATIO THEOLOGICA,  
DE  
**SCRIPTURÆ**  
DIVINITATÆ.  
SECUNDA,

*Quam,*  
**Auxiliante Divina Clementia,**

*Sub PRÆSIDIO,*  
*Admodum Reverendi, Clarissimq.*

*VIRI,*

**DN. JOHANNIS AUGUSTI BIER-**  
**MANNI, SS. Theologiæ in Illustri Hammo-**  
**nensium Gymnasio Professoris Ordinarii Dignissimi ut**  
**& Eloquiorum Divinorum ibidem Dispensatoris**  
**facundissimi, Domini ac Praeceptoris sui**  
**perpetuū colendi,**

*Publicè pro ingenij virilis defendendam suscipit;*  
**ISAACUS SUNDERMANNUS,**  
*Langenberga-Montanus.*

*Die 28. Augus. loco horisq; solitis.*

4

**HAMMONÆ,** 43  
Typis exscriptis BERNHARDUS WOLPHARDT.  
ANNO clc LXXXVIII.

*Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimoq; VIR O,*  
**DN. JOHANNI FRIDERICO LUDOVICI,**  
Sereniss. Ele&t. Brand. Quæstori apud Hammonenses meri-  
tissimo, Dn. fautori ac patrono suo perpetuūm colendo.

UT ET.

*Admodum Reverendo, Clarissimo, Doctissimoq; VIR O,*  
**DN. JOHANNI AUGUSTO BIERMANNO,**  
SS. Theol. in illustri Hammonensium Gymnasio Professori  
Ord. dignissimo ut & Mysteriorum divinorum dispensatori  
fidelissimo Patrono ac Præceptorí suo ævternām colendo,  
venerando.

*Nobilissimo, Experientissimo, Doctissimoq; VIR O,*  
**DN. PAULO HEERMANNO, M. D. & in Acad.**  
Lugd. Botanices Professori Ord. cognato suo intimo cordis  
affectu diligendo, honorando.

NEC NON.

*Admodum Reverendis, Doctissimisq; VIRIS,*  
**DN. BERNHARDO ERASMO AVERMANNO,** } Mysteri-  
**DN. HENRICO CARPIO.** } orum Dei  
in Ecclesia, qua Hammonæ Christo colligitur, Dispensa-  
toribus fidelissimis, Patronis ac fautoribus observantie &  
honoris cultu afficiendis.

**DN. HENRICO STUMPIO,** } V. D. Dispensatoribus Fide-  
**DN. CONRADU STUMPIO,** } lissimis Consobrinis ac co-  
**DN. JOHANNI HANSTENIO,** } gnatis omni cordis affectu  
colendis venerandis.

*Clarissimo, Consultissimo, Doctissimoq; VIR O,*  
**DN. JOHANNI WILHELMO NIES, I. U. Candidato, &**  
Hammonensis Scholæ Rectori fidelissimo, olim Præceptoris  
suo perpetuūm colendo.

*Hacce studij sui Theol. primitias, in debita gratitudinis testi-  
monium, perpetuam sui commendationem, & studiorum  
suum promotionem, devote & submissè offers ac donas*

**ISAACUS SUNDERMANNUS, Resp.**

laborem haud supervacaneum nos suscepuros nec rem  
ingratam præstituros esse, iis saltem, qui veritatis &  
quidem salutaris illius, æqui sunt æstimatores, certò  
confidimus.

I X.

Necessum deniq; est, ut illorum impietati, quantum  
pote, obviam eatur, qui magno quidem, atra-  
men per Dei gratiam hactenus irrito conatu summam  
sanctamq; oraculorum divinorum autoritatem eleva-  
re conantur; dum scil: effata hæc cælestia, ipsi non  
tamtum contumeliosè rejiciunt, verùm & aliis insu-  
per dubia & suspecta reddere non verentur. Quem  
enim quæso latere potest, quanta sit seculi, quod vi-  
vius, corruptio, quæ magis indies ac magis ingra-  
vescens, stupendam profanissimorum hominum mul-  
titudinem noxiâ fœcunditate protrudit; quæ religio-  
nem ac revelationem omnem tanti non facit, ut de  
rebus illis cogitare seriò, & quibus innitantur funda-  
mentis attente considerare ducat operæ pretium.  
Quis itaq; hæc monstra non abhorreat, quis inquam,  
si vel tantillo rerum divinarum ducatur studio, profa-  
nis hisce contemptoribus se non pro viribus opponat?  
quod sanè tantò sieri debet alacrius, quantò adversarii  
promtius molimina sua in contrarium urgent.

X.

Nec tantum hic res nobis est cum illis, qui divini  
Numinis negant existentiam, undè atheorum nomine  
venire solent; hos enim divinæ revelationis veritatem  
negare, nemo sanus mirabitur; quoniam id omne  
quod de revelationis s: scripturæ divinitate traditur,

B

hoc

hōc p̄̄esupponit principiū; existere nēmē talem;  
quā sit summē & incomprehensibiliter bonus, sanctus,  
sapiens, quiq; se absq; ullā perfectionis suā abnega-  
tione, homini misero, ad gloriam suam illiusq; salu-  
tem possit manifestare: ut hinc male operam suam  
collocare videantur illi, qui atheum de scripturarum  
divinitate convincere satagunt, antequām de divini-  
tatis sī Deitatis alicujus existentia fuerit utrinq; con-  
ventum. Ut ut autem hic existentiam Dei demon-  
stratam p̄̄esupponamus; minimē tamen propterea  
negamus, illam ex scripturis solidē posse de-  
monstrari; quin potius fatemur Achilleum argumen-  
tum pro Numinis existentia inter alia desumi à scri-  
pturæ vaticiniis, quæ cerrè ab intellectu non aīsi in-  
finito derivanda esse, considerantipatet: quamvis au-  
tem hoc modo à scriptura ad Authorem Illius, tan-  
quām ab effectu ad causam ritè procedat argumen-  
tum, & ex ipsa scriptura tūm pro divinitate ejus tūm  
pro summi entis existentia gravissimæ peti possint ratio-  
nes; ordinem tamen invertunt & præpostere rem ag-  
grediuntur, qui ad scripturæ divinitatem provocant,  
eamq; tueri conantur adversus eos qui Deum ab negant;  
prima enīm hoc in negotio cura esse debet, ut de pri-  
cipio sī causa constet, antequām ad causati considerati-  
onem progrediamur; hinc est quod paulo ante dictum  
sit à nobis, in cassum illos laborare qui divinitatem  
scripturæ adversus eos probare aggrediuntur quos di-  
vinitatem omnem abnegare nōrunt.

XI. O-

## XI.

Omnis autem adversiorum, contra sacerdotum litterarum authoritatem protervè insurgentium caterva, in tres potissimum ordines redigenda nobis videatur: sunt enim primò qui revelationem divinam simpliciter negant, eamq; in meras imaginationes & humani cerebri figmenta convertunt, his secundo loco succedunt alii, qui, concedant licet, revelationem talem dari posse, fortè etiam alicubi inter homines extare, illam tamen scripturæ factæ libris contineri, non absq; audacia & impietate inficias eunt; tandem quoq; illorum vitandæ fraudes, qui scripta merè humana, quæq; nullo unquam divinitatis charactere fure re conspicua, pro cælestibus & ad salutem scitu credituq; necessariis obtrudere gestiunt. Quanquam autem errores isti, facie paululum diversa nobis objiciantur; ita tamen inter se cohærent, ut alter alterum, haud secus ac in catena annuli se invicem, arctissimè complectatur. Quotquot enim revelationem aliquam divinam inter mortales extare negant, illos nec in scripturis eam agnoscere necesse est; ita ex adverso eos omnes qui extra scripturas revelationem talem se invenire posse sibi videntur, omnino frustra querendo manifestum est.

## XII.

Atq; in eodem ferè præcipitio consistunt, quoth; quot Theologiz, naturalis quæ dicitur, sufficientiam ad salutem, magnis quidem animis, magno tamen cum scripturæ S. contemptu propugnant; quod dum faciunt, hoc ipso scripturæ revelationem, si non

B 2

aper-

apertè, indirectè tamen & per consequiam inutilem,  
vel minus tantum necessariam fateri coguntur; quod  
certè non verecundè satis de sapientia divina dicitur aut  
cogitatur. Verùm hos prolixius & ex professo refutare  
nunc non est animus, neq; ad præsens institutum no-  
strum facit; non enim tam necessitatem, quām qui-  
dem divinitatem scripturæ demonstrare nobis est pro-  
positum, tūm contra illos qui divinam revelationem  
omnem respuunt, tūm adversus eos qui illam verbo,  
quod scripturæ divinæ elogio nobis traditur, exhiberi  
non concedunt.

### XIII.

Ante omnia verò, priusquam rem ipsam aggredi-  
diamur, de proprio vocis usu & significatione paucis  
est agendum, ut scil: intelligamus quid revelationis  
nomine hoc loco propriè significetur: nec tamen mul-  
tum laborabimus de nomine s: termino, neq; prolixâ  
illius explicatione aut etymologiæ demonstratione,  
aliisq;, ad rem parùm facientibus allusionibus Lecto-  
rem gravabimus, verùm illa saltem quæ ad ipsius rei  
naturam explicandam, & distinctum de illa forman-  
dum conceptum inservire possunt, breviter attinge-  
mus.

### XIV.

Quemadmodum igitur Theologia vulgari di-  
stinctione in naturalem & supernaturalem distribui so-  
let à Theologis; ita non minus commodè Revelatio  
in naturalem & eam quæ supra naturam est, distin-  
guitur; de hâc, non de illa sermō nobis est, ut pro-  
indè revelatio in suâ latitudine hic sumi nequeat, pro  
eo

eo quod de Deo naturaliter etiam cognoscimus; quamvis enim notitia illa naturalis, revelationis nomine quandoque venire possit; quatenus nempè homines illam non habent à se ipsis, sed à Creatore sibi impressam possident; unde meritò dicuntur eam accipisse per revelationem, censendus enim est Deus illa nobis revelare, quæ per rationem rectam cognoscimus, quæque nobis innata deprehendimus: hæc notitia, quum naturâ hominibus insit, neq; sine illa formentur, eamq; porrò totius ac latè patentis naturæ contemplatione augeant & perficiant, rectè vocatur naturalis. Hic tamen nihil aliud sonat revelatio, quam manifestationem illam divinam, quâ Deus se suumque gratiæ consilium homini in peccatum prolapso patefecit; ut exinde cognosceret, quomodo Deus non modo sine abnegatione virtutum suarum, sed earundem potius admirabili demonstratione, posset ac velit fieri Deus peccatoris in Christo; quisque tandem sit ad Ipsius communionem pervenienti, sanctissimus ille & salutaris modus. Atq; hæc est illa revelatio, quæ magnum istud atq; adorandum nobis exhibet pietatis Mysterium: hanc nos ad distinctionem revelationis naturalis, quæ communis etiam & ordinaria dici solet; supernaturem, extraordinariam & specialem appellamus, circa quam tota hæc, cuius hic tractationem suscepimus, controversia volatur.

XV.

His itaq; præmissis, nihil porrò supereft, nisi ut ad rem ipsam accedamus proprius, quæ quidem

tota, quantacunque est, duabus hisce Quæstionibus,  
quas distinctè, ac suo quamlibet loco pluribus expe-  
diemus, absolvitur, quarum prima sic se habet: An  
scilicet præter revelationem illam naturalem, ordinariam &  
communem, quam nos habere, neque aliundè quam à Deo  
accipere posuisse, conscientia testatur; alia quoque in re-  
rum natura detur, eodem Authore hominibus oblata; su-  
pernaturalis scilicet extraordinaria & specialis, quæque ita com-  
parata sit, prout Articulatim precepimus? Hanc  
deinde excipie altera, hunc in modum: Num Revelatio  
talis volumine illo, quod scripturæ S. nomine venire solet,  
verè ac unicè contineatur? Nos, sicuti utramque affir-  
mamus, ita quoque assertionis istius rationes, pro-  
ductis in medium argumentis huc facientibus, redde-  
re parati sumus: quanquam verò Quæstiones hasce ita  
distinctè exhibeamus; attendenti tamen facile liquet  
eas mutuo amplexu cohærente, & quasi necessitudine  
quadam inter se conjunctas esse: quemadmodum ceterum  
prior sine posteriore demonstrari nequit, ita vi-  
cissim posterior necessariò priorem presupponit.

#### XVI.

At verò, ne quid hic dissimulemus, circa quæ-  
stionem primam, cuius ventilationem nunc aggredi-  
mur, in antecessum notandum est, nos adversariis,  
cum de revelationis supernaturalis necessitate quæri-  
tur, haud gravatè largiti, illam ex ratione demon-  
strative probari non posse; nec est quod quis objiciat  
communem Theologorum sententiam, qui plerumque  
necessitatis istius, quam adstruere variisque argu-  
mentis demonstrare satagunt, in locorum Communi-  
nium

nium tractatione mentionem faciunt. Quicquid enim ab iis hanc rem adduci solet, non tam ad necessitatem existentiæ revelationis sed nostræ protius indigentia demonstrandam facit, i. e. hominem, qualis est natura, omni nempè cognitione salutari destinatus, ex se ipso vitam adire & salutis medium ac verum modum invenire non posse, ut proinde absolute necessaria sit ei revelatio divina, si de salute sua crudiri certusque reddi debeat: Minime tamen hinc sequitur, ejusmodi revelationem absolute spectatam necessariò extare debere: neque enim illa necessitas ex natura Dei, neque ex natura hominis demonstrari potest. Attendendo enim ad Justitiam Dei, Ejusque summam libertatem, manifestè deprehendimus, fieri utiq; potuisse, ut ad notitiam hominis naturalem, nulla accederet, Deo sic sancte, justè & sapienter dispensante, revelatio supernaturalis: supponamus enim voluisse Deum omne genus hominum in illa, quam sibi defectione sua attraxerat, miseria relinquere; quod sanè cum sanctitate & Justitia Ipsi⁹, si eam absolute & extra temperamentum illud quod in gratiæ Consilio suum habet fundamentum, spectemus, minime pugnat: non certè locum tunc habuisset illa de peccatoris salute, per Christum concilianda, revelatio. Porro etiam certum ac per te manifestum est non majorem necessitatem tribui posse revelationi quam ipsi Decreto divino, quod revelatione manifestatur & nobis innotescit; illud ipsum Decretum vero, licet necessarium sit, quatenus nempè spectatur ut actus voluntatis divinæ; liberum tamen est

X  
est pro ut refertur ad objecta; undè, non aliam quoque esse posse revelationis conditionem, rectè concluditur. Ad naturam autem hominis si convertamus oculos, nec illa revelationis supernaturalis necessitatem ullo modo involvit: Quamvis enim exinde fluat omnimoda hominis, miseri quoque, à Deo dependentia, non tamen necessaria cum Deo, tanquam bono suo, communio hinc inferri potest: licet enim homo peccator sine Deo Creatore, Conservatore, ac Judice esse nequeat, quis tamen eum sine Deo fœderato & Redemptore esse posse negaverit? quandoquidem hoc ipsum de gentibus disertè affirmat Apostolus Eph. 2, v. 12. neque conscientia necessariam aliquam connexionem inter miseriam & liberationem, qualis est inter peccatum & poenam, docet. Non equidem præter voluntatem Dei, sanctissimamque Ipsius ac sapientissimam pariter providentiam, fatalem illum primorum hominum lapsum contigisse, evidenter cognoscimus, candideque fatemur; an verò cum certo quodam ad aliquod gratiæ consilium respectu, tale quid fieri Deus permiserit, naturali scientiâ attingere minimè valemus.

### XVII.

Hisce igitur expeditis, instituti nostri ratio requirit, ut dispiciamus porro, an argumenta etiam in promptu sint, quæ primæ quæstionis nostræ affirmationem tueri queant: Quanquam enim revelationis istius, qualem supra definitivus, necessitas absoluta, demonstrari ex ratione nequeat; haud pauca tamen, eaque minime contemnda argumenta recta ratio sup-



## Corollaria RESPONDENTIS.

I.

*Extra Ecclesiam nulla est salus.*

II.

*Note Ecclesia vera sunt; pura verbi Dei predicatione  
& legitima sacramentorum administratio.*

III.

*Papa Romanus neque est caput neque membrum Ecclesie.*

IV.

*Duo tantum sunt sacramenta.*

V.

*An mulieri sit licitum sacramenta administrare?*

Bz. neg.

VI.

*An Corpus Christi, physicè spectatum, sit in S. Cœnâ?* Bz. neg.

VII.

*An transsubstantiatio & consubstantiatio locum habet  
ans in S. Cœnâ?* Bz. neg.

VIII.

*An Christi meritum sit causa electionis nostræ; an  
vero decretum voluntatis Det?* Bz. posterius Aff.

IX. Num

IX.

Num decreto & voluntate Dei sicut bona & mala  
sq. Ita nobis videtur.

X.

An nihil eveniat praeter voluntatem Dei? Affir.

XI.

An necessitas decretorum Dei tollat libertatem in  
creaturis rationalibus? Neg.

XII.

An scriptura & serutatio omnibus Christianis incum-  
bet? sq. utiq.







1. Chemnitius de S. Coena  
2. Fechtius de sacrificio Christiae  
3. Haffius de S. Coena.  
4. Herendorf de S. Coena.  
5. Id de S. Coena.  
6. Id de S. Coena.  
7. Werenfels de S. Coena.  
8. Schmidius de Oblatis Eucharistiosis.  
9. Werner de Iure excludendi à S. Coena.  
10. Lritius de Pelagianismo.  
11. Holzhus de quatuor Novisimis.  
12. Gerharde de Appellatione ad Supremam Iudicem.  
13. Graun de Statu animae hum: post mortem.  
14. Clasing de controversia Nestorianismi.  
15. Gotzii disquisitio num miribundus est.  
16. Mosheim de Felicitate Confessae.  
17. Sontag Neutralitas Religionum.  
18. Sopherius de peccato in Spir: S.  
19. Losius de Graecostimulatione rerum hum:  
20. Herendorf de absolute Decreto.  
21. Loscher de Laroxismo abs: Decreti.  
22. Quithauat de Communitate à sta prohibito.

Wernodoff de Polygania.

Hulsius de turpitudine incestae.

Clasenii animadversiones.

Zudens de poena damnatorum fixienda.

Wolle de Interitu mundi.

Welthemi de Justificatione.

Mieg de pariete intercedente.

Kosheim de tribus in terra testib.

Heiderus de Moris resurrectae.

Vaubauer de Corpore Mosis.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Vaubauer de Michaeli Archangelo.

Christus de Evangelio.

nonis de ratione

ollius de Theologia.

impe de Inspiratione

rimensis de Canonibus Apostolorum.

Ajusde unico S.P. principio.

Christus de SS.

gotu Disertatio de fundamentis Revelacionis

manu de Divinitate Scripturae









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862095913/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862095913/phys_0024)



the scale towards document

(67.)

Verum innocentiam Calvini ingenuuit ipse Bellarminus lib. 2. de Christo inquiens: *sed quanquam hæc ita se habeant, ipsam excusio, & Calvini sententias diligenter facile audeo pronunciare, illum in hoc eruidem docet, Filium esse à se, respectu Essentia Personæ, & videtur dicere velle, Personam utre, Essentiam non esse genitam, nec producere ipsa, ita, ut, si à Persona Filiū removeas utrem, sola restet Essentia, que est à se ipsa.* productis Calvini verbis ex Instit. lib. I. 25. probat, licet, quoad modum loquendum errasse judicet. Ibid. c. 5. p. m. 326. ni inquit; *Utinam semper sic erraret Calvinus Recognitione quidquam in contrarium Bellarmini moderationem erga Calvini probat Petavius Theol. Dogm. Tom. 2. p. m. 618.* Loquendi formulam simpli- am, ut Sabellianæ hæresi affinem existi- nius in Epist. ad Joh. Uytenbog. quæ ex- æstant ac Erudit. Viror. Ep. 44. p. m. 58. Bullus Defens. Fid. Nicænæ sect. 4. §. 7. 40.

### §. XVII.

initatis dogma probat Spiritus S. Perso- as. Spiritum S. esse personam divinam initarii, qui Spritum S. Dei Virtutem, actionem, Auram, Agitationem & Qualitatem cumque, quatenus in Deo manet ut Spiritus immans, Virtutem Dei Naturalem; quæ concipienda, sit; quatenus vero à Deo fide- que à Deo in homines manat, Virtutem medi-

I 2